65405

septimana in bonis Falki Podlipne apud Nobilem Petrum unum ex Citatis posuisse et aliis citatis officiose publicavit. Memoratus Actor Citatos supra nominatos ad officium praesens per Ministerialem Regni Nobilem Nobilem Benedictum Prosienski ter et Una iuris formam vocibus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro loco ex Regestri ordine ac admissione officij poenis Judicialis Condemnavit. In rim autem eiusmodi Condemnationis lucri praefacti modo praemisso in Contumaciam Citatorum obtenti Officium praesens Castrense Capitaneale Bransceense visa et considerata Citatorum clamati et non comparentes Contumacia et temeritate iuri communi et affectationi Actoris ac Contentis Citationis inhaerendo super praedictis ipso(s) bonis eorum omnibus lucrum poenae Centum marcarum exinde succubitum decernit et actori solvend adiudicat sub poena banitionis praesentibus interposita decernit Decreti primis Rigore

Siekluczki

Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransceensem tenoris talis Franciscus Joannes in Kito cum Lesnowolski Bransceensis Capitaneus Tibi Generoso Vladislao olim Sebastiani Oldakowski de Wierzbowizna haeredi ex omnibus in genere bonis tuis Rigore Regio et nostro Capitaneali authoritate mandamus Et in Judicijs Rigore Constitutionum Anni Millesimi Sexcentesimi vigesimi primi sub tempus motionis Generalis Bellicae sancitae peremptorie compareas Ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Joannis olim Lucae Siekluczki in Siekluki haeredis Actoris qui te inhaerendo iuri communi eo in passu sancito et praefatae Constitutioni in proxime praeteritis Comitiis Varsaviensibus reassumptae in rim Termini facti peremptorie citat Ideo quia tu in Contemptum Legum publicarum securitatique et tranquillitati tum et Constitutionis praefatae qua mediante temere praecautum est ne quispiam hoc tempore Generalis motionis bellicae subditum alienum suscipiat seu violento modo recipiat tu his omnibus contraveniendo nec ius praefatum verendo ausus es subditum eiusdem Actoris proprium haereditarium paternum nativum Laboriosum Simonem dictum Jocek cum Uxore pueris pecoribus pecudibus totaque substantia et suppellectili domestica nocturno tempore superinequitando in bona Siekluki Actoris propria domumque residentiae praefati subditi cum Curribus et familia tua accipere evehere et ad bona residentiae tuae accipere prout defacto accepisti quo facto

Securitatem domesticam violasti ex inde poenas tali in casu in
iure Communi descriptas incurristi ac eisdem succubuisti pro quibus
super te decernendis una cum restitutione Subditi et Suppellectilis ac
Coniugis et puerorum eius Citari Judicialiter sis responsurus. Datum
in Curia Regia Branscen. feria Secunda ante festum Sanctae Mar
garethae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo primo. Cuius quidem Citationis praeinsertae Copiam Si
gillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Proszen
ski ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis
Wierzbowzas Curia eiusdem Citati posuisse ac familiis ipsius officiose
publicasse recognovit. Memoratus Actor Citatum supra Nominatum
ad Officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Bene
dictum Proszenski ter et ultra iuxta formam vicibus quatuor cla
matum et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine
ac admissione Officii praesentis Judicialiter Condemnavit. In vim
autem Lucri praelati modo praemisso in Contumaciam Citati obtenti Officium
hoc idem Castren. Capitan. Branscen. visa et considerata Citati clamati
et non Comparentis Contumacia et temeritate iuri communi et partis Actoris
affectationi ac Contenti Citationis inhaerendo super praedicto Citato et
bonis eius omnibus restitutionem praefati Subditi una cum damnis
sibi taxatis decernit et Actori adiudicat. Sub poena banitionis Terre
ni praesente Vigore. mlesporta [?]

Ross Lopienski **Lucrum**

Super Citationem literalem Castren. Capitan. Branscen. tenoris talis
Franciscus Joannes in Kloczew Lesniowolski Branscen. Capitaneus Vigore
Regio et nostra Capitan. authoritate Vobis Nobilibus Joanni Piekutowski
Alberto Josepho filio suo Laurentio olim Alexii Piekutowski et A
gnethae relictae olim eiusdem Alexii et Bartholomaeo filio Nobilis Joan
nis Proszenski de Piekuty heredibus de personis bonisque vestris omnibus
Vigore Regio et nostra Capitan. authoritate mandamus ut in Judicium Vigore Con
stitutionis Anni 62 [?] primi de Securitate domestica sub tempus motionis Gene
ralis Bellicae sancitae nunc vero in proxime praeteritis Comitiis Varsavien. reassumptae
feria Secunda post datam praesentis Citationis proxime in Curia Regia Branscen.